

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Relinquere r  
cum uariis

Qui uult uenire post me, abneget semetipsum et cetera. Ad se uenientibus Dominus precipit ut renunciemus nostris quia qui ad fidei agonem uenimus, luctamen contra malignos spiritus sumimus. Nichil enim maligni spiritus in hoc mundo proprium possident. Nudi ergo cum nudo luctari debemus. Nam si uestitus quisque cum nudo luctatur, cicius ad terram deicitur qui habet unde teneatur. Quid enim sunt terrena omnia nisi corporis indumenta? Qui ergo contra dyabolum ad certamen properat, uestimenta abiciat ne succumbat.

Gregorius in omelia.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

semetipsum] semet C; enim] autem P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; sumimus nichil enim maligni spiritus *om.* C; proprium possident] possident proprium C M P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; qui] quia P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; omelia] 32. *add.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>